

XXII.

183. 4

X 127 6173



DISSERTATIO JURIDICA

De

GERADA SAXONICA

Quam,

indultu

Magnifici Jctorum Ordinis,

PRÆSIDE

DN. JOHAN. CAROLONÆVIO

U. J. D. Curia Provincialis Protonotario, &

Consistorii Ecclesiastici, quæ hic sunt, Advoca-
tato Ordinario.

ventilandam sistit

JOH. ERHARD. Nester /

A. & R.

In Auditorio Jctorum.

Ad diem 16. Maji, An. 1677.

WITTEBERGÆ,

Typis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.



XXV

DISSERTATIO JUR. DIA.

DE

GERARDA SAXONICA

Quam

in

Magnifico J. J. C. Ordine

PR. S. I. D. E.

DN. JOHANN. CAROLO NEVIO

L. J. D. Curis Provincialis Prototario &

Consistorii Electoralis per Saxoniam, Advoca-

tus Ordinatio

veritatem

JOH. ERHARD. SCHMIDT

A. & R.

In Auditorio Saxonico

Ad diem 16. Martii 1777.

WITTEBERG.

Typis MATTHAEI HENCKELII, Acad. Typogr.



Du unser Ehren = Stamm mit bundter
Blütthe prangen /

Muß sich der Weisheit = Safft durch
seine Wurkeln ziehn.

Wer für den Opffer = Tisch der Ehren wil ge-
langen /

Muß auff der Jugend Gluth den Wehrauch
lassen glühn.

Nie hat das grosse Rom zum krönen ehr geeilet /
Als sein Soldat das Feld von seinem Feind
erhielt.

Es wird erst nach der Schlacht der Palmzweig
aufgetheilet /

Wenn umb das Sieger = Haupt das holde
Glücke spielt.

Erst muß der Ackermann das todte Feld durch-
pflügen /

Denn wird das Korn gestreut / der Samen
übereegt /

Es muß die Hofnung ihn so lange noch vergnügē /
Bis daß ein schwacher Halm die schwangre
Ahre trägt. Ikt

Ikt zeigt die erste Frucht / daß er sich stets ent-
fernet

Von dem Geheirtester / was an der Erdē klebt /
Sein Ehren-Himel steht hell über ihm besternet /
Da der verdiente Krank schon über'n Haupte
schwebt.

Fort wird die holde Frucht den bittern Stamm
durchsüssen :

Es wird nun nach dem Kampff der Dank
ihm überreicht :

Astrea freuet sich den frommen Sohn zu küssen /
Dieweil sein muntreer Fleiß der Vorfahr'n
Zugend gleicht.

Dieses setzte eylfertigst hinzu

Des Churf. Sächs. Rentkammer-
verwalters damahlige Tischgesellschaft.





IN NOMINE
JESU!

PROEMIUM.



Arum abest, quin omnes humaniores gentes in bonorum delationibus & successionebus masculis quandam prerogativam praefeminis dederint; rerum gestarum monumentis & legibus antiquis de eo testantibus. Nec abs re: Cum per mares tum splendor familiae, tum & nomina gentilitia servantur, ad quod vires patrimoniales & largiores facultates tanquam nervus rerum gerendarum omnino requiruntur; Hinc legimus ipsum DEUM per Moysen inter Israelitas constituisse: Ut, si quis moriatur, ad filiam, filio demum non superstito, hereditas transferenda sit. *Nam. 27. v. 8.* Cum quo testimonium convenit *Seldeni Tract. de Success. ad leges Ebraeorum cap. 1* filius, inquam, inquam, anteponendus filiae, & universa proles ex foemore ejus egressa filiae praeferenda est. Sic Jure quoque Mahumetico idem receptum fuisse jam laudatus *Seldenus loc. cit.* testis est, verba Alcorani recensens sequentia: Ita DEUS praecipit de liberis vestris: Masculi pars sit quanta foeminarum binarum; quod si filiorum numerus binas excesserit, etiam & eis singulis sit Tertia. Nec dicam hic de Jure Longobardico, seu Feudali, ubi regulariter in Feudorum successionebus foeminarum & ex eis descendendum ratio prorsus non habetur. *1. Feud. 8. & 2. Feud. 11.* Ita demum licet Jus Romanum filias ad successio-

A

nem

nem paternam admiserit; eam tamen restrinxit ad eas solum, quæ in potestate parentis substiterunt, reliquis omnibus cum cognatis & exeis provenientibus exclusis, prout pluribus edocet *Dn. Struv. Ex. 38. Tb. 5. § seqq. Rittersb. ad LL. XII. Tabular. class. 3. part. 2. cap. 20.* & alii. quod quidem postea tempore Claudii Imperatoris aliquanto mutatum est, donec Justinianus differentiam inter mares & foeminas, itemq; agnatos & cognatos omnem sustulerit. *Nov. 18. cap. 4.* Sed verò Jus Saxonicum & observantia moderna non substitit in adæqvata jam conditone Masculorum, & Foeminarum, sed has illis quoad res utensiles seu bona Geradica prætulit. Luxu enim undiquaque in Germania crescente, & jam ferè adulto, pretium seu valor rerum utensilium sæpius, non dicam rerum expeditoriarum, sed & ipsius hæreditatis æstimationem absorbet, ut masculis liberis vix legitima relinqvatur, ex quo quarimonix, lites, odia & incommoda alia uberim redundant, ut proinde suo jam tempore non immerito conqvestus sit Galdbeccius in Epistola dedicatoria. *Tractatus de Success. Gerad.* verbis: quis enim est, qui ignoret quam multiplices, quam variæ, quamqve ancipites controversiæ ex una Gerada (ut interim de aliistaceam) quotidie exoriantur, ut mirandum non sit, si olim quidam eam planè abrogandam, & è medio tollendam existimaverint. Arque illo ipso consilio, & ratione jamdudum commoti fuerunt Illustrissimi Duces Luneburgicæ, nec non Wolferpytanæ, & Calenbergicæ Ditionum, ut Heergevveettam & Geradam prorsus abrogare non dubitaverint, verbis Decreti sequentibus. Weil wir täglich befinden / auch in andern Chur- und Fürstenthumb geklaget wird / daß bißweilen unterm Schein der Gerade den Söhnen selbst / wie auch den Creditorn allerhand vorthellhafftige Dinge zugewiesen / auch die Lehrer der Rechte darinnen allewege nicht einig / wie sie dann in vielen Fällen von einander stimmen / und was vor Stücke in die volle auch Riffel. Gerade gehören / in welcher Zeit die zu fordern / auch an den örtern / da Gerade und Heergewege am meisten in Gebrauch ist / von einer Weil / Ampt und Stadt von der andern nicht

600

nicht gleich genommen / und gezogen / und welches am allermeisten
in gute Obacht zunehmen / daß Häuser / Vorwerck / und Güter ge-
schwächet / und die Geschlechter in Verderben gerathen / auch se-
hen / daß von vielen Jahren in benachbarten Fürstenthümern / Heer-
gewette / Frauen-Gerade / und Mußtheil gänzlich aus dem Grunde
abgeschaffet / So haben wir vor nützlich und nöthig erachtet / in
unsern Fürstenthümern Wolffenbüttelschen und Calenbergischen /
theils auch angehörigen Graff- und Herrschafften / das Heerge-
wette / und Gerade / neben den Mußtheil durch aus abzuschaffen /
Inmassen wir es hiermit unsern getreuen Unterthanen / alleine zu
gute und auffnahm abgeschaffet. *Habn. ad Wesenb. part. poster.
pag. 189. & seq.* Cum igitur consideratio naturæ, & specierum
Geradæ multas implicitas difficultates contineat, & hinc va-
riorum dissidiorum & litium fomes existat; in foro autem e-
ximiam utilitatem præstet, animo insedit quasdam de iis the-
ses concipere, cujus auspiciatum successum à Divino apprecor
Numine.

I.

Gerada juxta Gloss. German. ad Art. 24. lib. 1. *¶* significat
das Gerächte in eines Mannes Hause / quæ verior videtur vo-
cis derivatio, licet non ignoremus alios eam malle appellari à
germanico verbo Gerade / quod æqualitatem seu æqvabilitatem
denotat, ut quæ fœminis concessa sit pro mundo & ornatu
muliebri ad compensationem bonorum feudaliū, quorum cum
masculis regulariter non fiunt participes. Imo sunt etiam qui
eam deducunt ab Arredio, quod continet pannos lineos, præter
dotem à muliere ad virum illatos, eò fine, ut usibus communi-
bus deserviant, *Bl. in l. 17. C. de Donat. inter virum & ux.* quam
tamen Arredii, ut & Utenfilium appellationem, quatenus eorum
in Digestis mentio fit, nihil commune habere cum Gerada Saxo-
nica, sed res esse meræ hereditatis, non abs re tradit *Andr. Goldb.
de Jure Geradæ. c. 3. n. 7.* Alio nomine ea vocantur bona Uten-
filia, quæ videlicet ad dictos usus, ut & rem familiarem quoad
magnam partem sunt destinata, iisq; inserviunt. *Coler. part. 1.
Decis. 43. num. 3.*

Variæ autem Geradæ Definitiones reperiuntur passim, ve-
 lut in *Art. 23. princ. Weichbild* definitur, quod sit, quicquid mulie-
 ris possessione comprehenditur. Eadem *Gloss. cap. 16.* describit
 eam supellectilem in ædibus mariti, quæ rebus expeditoriis præ-
 fertur. *Georgius à Rottschitz art. 11. von der Gerade* / Munera Ge-
 radam appellavit ultra dotē data ad mundum & ornatum accom-
 modata, pertinentia & usitata. Verum cum Definitiones hæ omnes
 vel latiores, vel angustiores sint suo definito, relictis iis Mode-
 stini Pistoris quæst. 21. cum supplemento *Andr. Goldb. c. 1. num. 9.*
 ut quæ rei naturam melius explicat, retinebimus; Ita cum eo
 Geradam definientes, quod sit universitas quædam certorum cor-
 porum mobilium, & se moventium, quæ ex Jure Saxonico defer-
 tur Uxori, vel ejus cognatæ. Dicimus Universitatem, quoniam
 Gerada universum, & generale Juris nomen est, ut hereditas, pa-
 trimonium, Dos, Peculium. *Pfeil. Consult. 90. num. 8. lib. 1.* Cum
 multa universaliter contineat, ornatum scil. h. e. omnem vesti-
 tum, & supellectilem muliebrem, nec non alia quam plurima,
 de quibus in sequentibus, ubi res singulas ad Geradam pertinen-
 tes uberius exposituri, latius agemus. Deinde appellamus res
 mobiles, quia Gerada in rebus mobilibus consistit. *Gloss. lat. in
 verb. Maritus, & Uxor. in Art. 31. & R. lib. 1. & in art. 23. Weichb.*
 Addimus vel se moventium, quia certa animantium genera, quæ
 moventium numero veniunt, simul complectitur, ut sunt Oves,
 Anferes, Anates, *Art. 24. lib. 1. & R. & d. Art. Weichb.* Denique
 dicimus quod Uxori vel ejus cognatæ deferatur. Quibus ver-
 bis differentia specifica innuitur, & Gerada à bonis expeditoriis,
 Morgengaba, cibariis domesticis, & aliis cum quibus cognatio-
 nem quandam habere videtur, distinguitur. *text. in Art. 5. & R.
 libr. 3.*

III.

Generaliter autem verum hic est quod nemo Utensilia pe-
 tere possit jure, nisi sit Uxor, vel foemina ex cognatis, & proxi-
 miori-

mioribus è linea foeminina provenientius. Wer Gerade fordert
der soll vollkõmlich von Weibes halben dazu gebõhren seyn *Coler.*
Decif. 43. (nisi loci consuetudo aliud introduxerit. *Gloss. in Art.*
27. R. lit. C. statuta enim localia pravalent Juri communi Sax.
etiam in Gerada) Hinc secundum *R. lib. 3. Art. 15. in fin.* Cognata
ex linea masculini generis, quales sunt neptis ex filio, fratris
filia, Patris soror, cum similibus, jus petendarum rerum Uten-
silium non habent, sed solum cognatae ex foeminino genere, vul-
gò die Spiel-Magen / quæ ratione officii ita appellantur, denn
denen Frauen ist gleichsam angebohren das spinnen / und von der
Spillen hat das Recht den Weibern den Nahmen gegeben / und
dis ist ihr Wappen / gleichwie ein Schwert der Månner. *Finckelth.*
Obs. 81. num. 2. Excipitur tamen specialis ille casus ubi ad matris
Geradam ex singulari Juris Sax. concessione cum filia admittitur
filius Clericus, juxta textum expressum *in Art. 25. R. lib. 1.*
der Pfaffe nimt gleichen Theil mit der Schwester in der Mutter
Gerade / ab eorum preces, ut habet *Glass. in art. 25* Weichbild.
Das Vortheil hat die Pfaffheit ihres betens willen / dessen die gan-
ze Welt geneuht. Ubi tamen Clericus intelligitur ille, qui ad
munus sacerdotale est consecratus, rasura insignitus, & coelebs
manet. *ex verb. Art. 5.* Man mag aber keinen vor einen Pfaffen
halten / er sey denn gelehrt / und geweiht / & porrò der mit einer
Blatten gezeichnet ist / quare Clerici beneficiati, seu præbentati,
vulgò Canonici hoc nomine non veniunt, & maximè conjugati.
ut vult *Andr. Goldb. Tit. de Success. cognat. descend. num. 18. 20. &*
21. addantur verba *Carpz. part. 2. C. 14. Def. 60. num. 3.* nihilomi-
nus tamen hodiè observantia, & *Carpzovio d. l. teste eodem bene-*
ficio fruuntur Clerici, seu Sacerdotes nostri temporis, qui matre
defuncta, vel soli, vel cum sororibus ad successionem in bonis
Utensilibus admittuntur.

IV.

Quemadmodum autem Gerada est vel plena, vel semiplena,
vulgo die Nuffel-Gerade / quæ in nonnullis saltem locis usu rece-
pta est, de qua in sequentibus; ita differunt etiam res ad eas-
dem pertinentes; quinimo & magna differentia est inter res Ge-
radi.

612

Spillmagen



radicas, quæ debentur Nobilibus, & quæ Ingnobilibus; quam tamen circa Oves, Anseres, & Anates, & currum maximè versari, ut quæ solum nobilibus debentur, asserit *Carpz. part. 2. Const. 16. Def. 24.* Ut ut non dissimulandum currum in quibusdam locis, ubi Cives Nobilium privilegiis pollentes inhabitant, inter eos etiam bonis Utensilibus annumerari. Rarius tamen ejusmodi res nomine Geradæ à Nobilibus postulatur, sed frequentius secundum Jus Provinciale statutaria portio exigitur, in quam res Utensiles conferre, & imputare necesse est. *Goldb. d. tract. de Jure Gerad. rubr. de prim. ord. succed. num. 12.*

V.

Rerum verò Geradicarum tam Nobilium, quam Plebejarum Catalogum nobis exhibet *Art. 24. R. lib. 1. Art. 23. Weichbild/ & Gloss. Lehr. Recht. cap. 56.* Illius verba sequentia sunt: *So nint sie auch alles das zu der Gerade gehöret/ das sind alle Schafse/ Gänse/ Kasten mit agehangenen Lieden / alles Garn/ Betten / Pfühle / Küssen / Leilach / Tischlach / Zwelen / Badlach/ Becken / Leuchter / alle Leinen. und Weibliche Kleider / Fingerlein / Armbgold/ Schappeln / Psalter / und alle Bücher die zu Gottesdienst gehören/ da die Frauen pflegen ihr Gebet ein zu lesen/ Siedeln/ Laden/ Teppe/ Umbhäng/ Ricklachen / und alle Gebände.* Verum enimvero species hujusmodi non ubiq; locorum uniformiter reperiuntur. Nam ut taceam dictum jam discrimen inter Nobiles, & Civicas personas, communiter eæ Oves ad istarum Geradam non pertinent, quas lanii macelladestinas habet. *Gloss. Weichbild in Art. 23. nec Verveves, & Hirci.* Ita sub anseribus non veniunt Gallinæ & aliæ bipedes. Sic linum debetur non nisi à solo separatum, quod enim solo cohæret, non ad Geradam, sed fundi, & sic rerum hereditariarum pars est. *Gloss. in Art. 24. R. l. 44. de R. V.* In quibusdam tamen locis linum non carminatum, ungeheßter Flach / und ungesotten Garn / so die Frau selbst gesponnen / hæc species restringitur. Lecti quoque pulvinaria, & linteamina existentia in diversorio publico, pro Utensilibus non habentur. *Weichbild d. Art. 23. was er aber als ein Gastwirth gab/ also daß er viel Betten in den Kammern hatte/ so*

114
218

so mag sie daran nicht mehr behalten / denn als hier von gesprochen
 ist. *Caupo* autem hic intelligendus, qui communiter hujusmo-
 pi quæstum publicè exercet, non qui ex amicitia venientes exci-
 pit. *l. 1. §. caupones ff. naut. caup. stabul.* Si verò Uxor Mercato-
 ris sit, qui culcitræ, tapetes, & similia venalia habet, de iis non
 plus sibi vindicare potest, quamquæ ad instructum cubilis perti-
 nent, vel ad summam ternas de singulis speciebus. *per text. Wetsh.*
bild d. Art. 23. Nec spondæ etiam, Himmel, oder Spann. Betten
 Geradæ nomine debentur juxta pronunciatum *Carpz. in Def. 38.*
d. l. Porro legimus in plurimarum civitatum Westphaliæ statutis
 Geradæ annumerari supellectilem cerevisiarum das Brau. Ge-
 fässe / als Pfannen / Tröge / Kühlfässer / Kuffen / liegende Fässer /
 Lägel / und alle dergleichen Geräthschaft. In quibusdam verò ahe-
 num solum id ad Geradam spectat, quod unius amphoræ capax
 est. In hisce autem regionibus non integra dicta supellex, sed
 tantum labrum cupreum pro coqvenda cerevisia die Brau. Pfan-
 ne / communiter rerum utensilium pars censetur. *Caldarium*
 autem der Wasch. Kessel non nisi muro non affixum reperiatur.
Carpz. d. l. Def. 35. part. 2. Const. 14. Nec qualis der Laugen Korb /
 oder Laugen. Topff illuc referuntur. Cæteras res, quæ Geradæ
 complexu non continentur exhibet nobis Responsum Domino
 Wittebergensium Jurorum. à *Goldb. tract. de Jure Gerada pag.*
43. & seqq. consignatum.

VI.

Altera species Geradæ, quam alias semiplenam, aut Niffteb
 Geradam nuncupant, dictas jam res restringit ad certas earum
 species, quæ proximæ cognatæ exhibendæ sunt. Videlicet du-
 as vestes pretiosiores, defunctæ mulieris lectum ab optimo secun-
 dum, duo pulvinaria, duo linteamina, cum stragulo, seu lecti o-
 pertorio, quod Lipsiæ, Dresdæ, Wittebergæ, Hallæ, Chemnitii
 & locis vicinis observari tradit, *Dan. Moller. part. 3. Const. Ele-*
lor. 38. num. 12. Carpzov. in Jurisprud. Forensi part. 2. Const. 14.
Def. 57. per tot. Finckelth, Obs 81. num. 17. Berlich. part. 3. Conclusi
28. num. 46. Schurer. de hered. qui ab intest. Tit. 16, de Special. in
conjug.

*hætte est
proxima
cognata.*

conjug. success. rubr. secundum Jus Saxonicum num. 1. Notandum tamen quod in harum omnium rerum utensilium transmissione, & receptione non statuta & consuetudines ejus loci, ubi illæ reperiuntur, vel ubi defunctus diem obiit, considerandæ sint, sed in quo is habitationis domicilio usus juxta *Carpz. Jurisprud. forens. part. 2. Const. 14. Def. 54. n. 2. Andreas Raubb. part. 1. qu. 17. n. 3. Coler. de Process. Executiv. part. 1. cap. 3. num. 205.* Cum istæ res defuncti domicilio tanquam accessorium suo principali ad hæreere censeantur. *arg. l. 2. ff. de pecul. legato.* adeoq; sub Jurisdictione ejus loci quoque esse credantur in quo Pater, vel Mater familias eas perpetuò secum habuit. *arg. l. 35. §. 3. ff. de hered. inst. l. 32. fin. ff. de pignor.*

VII.

In ipsa autem Geradæ successione principalis inter cæteras honor & prærogativa debetur Uxori, per *Art. 21. §. 1. Coler. Decis. 60* sive ea commoretur in istius ædibus cum filiis, vel heredibus suis, seu discedere, seq; ab eis separare malit, adeoq; si Uxor nobilis sit, eaq; in bonis mariti commoretur, ovium numerus ex foetura gregis adauctus lucro ejus cedit. Fallit tamen hoc circa oves, si ejus mulieris filius uxorem duxerit, matre secundum dicta in feudo persistente. *§. 1. Art. 20. §. bleibt sie aber Wittbe.* Ubi uxor filii quoad lucrum Geradæ matri præferri solet. *d. Art. 20. §. 1.* Ita quoque controversia super Gerada, inter secundam Uxorem, & prioris defunctæ Uxoris filiam incidente, videndum an secunda Uxor probare possit Geradam exstantem fuisse in possessione & dominio suo, & mariti, quo casu uxor ista superstes alterius prædefunctæ uxoris filia præponitur, si autem id non probare potuerit, filia præ uxore potiori Jure obtinebit. *arg. aut. si quid ex rebus. C. qui potiores in pignore.* Hinc non immeritò cautelam tradit *Gloss. §. 1. in Art. 24. lib. 1. sub lit. D.* si mulier, inqviens, bona aliqua paraphernalia, seu Geradam inferat in domum mariti, qui prius habuerit uxorem, quæ pariter Geradam attulerit, nunc ad filias fortè pertinentem, tunc curet ea nova conjux, ut super rebus à se illatis à marito Inventarium

626

rium conficiatur, ab eodemq; subscribatur, quo tuta fit, ne ei controversia aliquando à filia prioris matrimonii moveretur, pro quo facit *l. 9. §. 3. ff. de Jure dot.* Cæterum Uxores electionem habent anqvotam ex statuto, vel consuetudine ipsis debitam, an vero bona sua illata cum Gerada petere velint. *Const. 20. part. 3. ibidq; Carpz.* idq; locum habet siue maritus liberos post se reliquerit, siue non, quoniam hoc beneficio leges simpliciter fœminis subvenire voluerunt, atqve hinc in earum favorem introducta non torqvenda sunt in odium & dispendium. *l. 6. C. de LL. Menoch. Consult. 170. num. 13. Tom. 2.* Nec introducta ad augmentum debent operari diminutionem *l. 14. ff. de adim. leg. l. 19. ff. de fund. instruct.* quin imò cuilibet licitum est renunciare dispositioni pro se introductæ *l. 29. C. de pactis. l. 1. ff. de hered. & act. vend.*

VIII.

Alter succedendi ordo Cognatarum triplices personas continet, Descendentes Ascendentes & Collaterales. *Gloss. 2. R. lib. 1. sub lit. D. l. 1. & l. 10. §. 12. & seqq. ff. de grad. & affin.* Quemadmodum autem filii Patris Heergewettæ participes fiunt, ita & Geradæ matris filia. *Wesenbec. in parat. ff. de supelect. leg. 2. R. lib. 1. Art. 5. princ. Coler. Decis. 43. num. 1 & 2.* filiis exclusis, & ex iisdem prognatis; Et cum in successione rerum hereditariarum Jus commune omnes liberos sine discrimine sexus, gradus, agnationis, aut suutatis, juxta commune naturæ & parentum votum vocet; Jus Saxonicum nihilominus quoad nostram Geradam mulierum cognationis differentiam, sicut agnationis in Heergewetta observat, ut supra jam monitum est, & quidem si filia primi gradus tantum fuerint, in capita, si cum neptibus materteræ concurrant, in stripes succedunt, ut ita turbato ordine mortalitatis in locum matrum ascendant. *l. 7. fin. ff. Unde liberi. l. 15. ff. de inoff. testam.* siq; neptes tantum fuerint superstites ex diversis matribus, seu numero æquales, siue inæquales sint, secundum veriore sententiam quoque in stripes succedunt, utut plurimi contrariū doceant. Cum enim casus hic in Jure Sax. expressè decisus non reperiatur, meritò in eo J. Civilis determinationem

B in l.

in L. 2. C. & Aut. in successione. de suis & legit. hered. l. sequimur
 Schurer de Success. ab intest. tit. 8. reg. 1. special. ampliat. 4. nec di-
 stingvimus hic an nominatæ foeminae religionem ingressæ, vel se-
 culares adhuc fuerint. Goldb. de Success. Cogn. Desc. n. 9. Diffe-
 rentia tamen adhuc subest quoad filias emancipatas, quæ cum fi-
 lia innupta in Gerada Matris hac invita non admittuntur *IK. lib.*
1. Art. 5. Die Tochter / so in den Hause geblieben ist unaußgeben /
 theilet nicht ihrer Mutter. Gerade mit der Schwester die ausgera-
 thet und vergeben ist / qualem etiam aliqui inducunt in filiabus na-
 turalibus *per text. IK. Art. 15. lib. 1.* ubi dicitur: Wer Gerade
 fordert / der soll vollkômlich von Weibshalben dazu geböhren seyn /
 hoc est plena cognatione ex sexu foeminineo oriunda sit, cui con-
 cordat *text. in Art. 51. & ibi Gloss. lib. 1.* kein ehelich Mann oder ehe-
 lich Weib nimt eines Mannes Erbe / der unrechte Ehe hat / quam
 sententiam etiam tenet *Autor. diff. 7. C. & S. lib. 2. part. 2. We-*
senbec. in parat. ad SCtum Tertull. num. 4. Coler. Decis. 44. n. 3.

IX.

Verum rectè respondetur textibus hisce Juris *IK.* quod li-
 cet in priori extet verbum vollkômlich / id tamen non ita intelli-
 gendum, quasi cognatæ utroque latere conjunctæ esse debeant,
 sed potius quod à solis foeminis, nulla habita masculorum confi-
 deratione descendere, atque ita foeminarum saltem respectu
 Weibshalben vollkômlich conjuncta esse debeat. *Hartm. Pistor.*
quest. 33. num. 31. Posterior textus propter ejus iniquitatem non
 servatur, sed restringitur communiter ad natos ex adulterino, &
 damnato coitu. *Autor. diff. 7. C. & S. diff. 50. & 27.* Liberi enim
 Naturales tantum respectu matris à legitimis non videntur dif-
 ferre, ac propterea eidem in bonis imprimis sexui muliebri pro-
 priis meritò succedunt *libr. 1. §. 2. ff. ad SCtum Tertull.* quod
 etiam in foro Sax. observari tradit *Schneidm. in tit. Inst. de hered.*
qui ab intest. & ita jam olim quo ad res utensiles à Lipsiensibus re-
 sponsum esse testatur *Carpz. part. 2. Const. 14. Def. 58.* Ist eure
 Mutter unlängsten Todes verfahren / und hat ihre eheleibliche
 Tochter an einen / und euch an andern Theile zusampt einer Gerade
 nach sich gelassen / Ob ihr nun wohl von ihr anßer der Ehe gezeiget
 worden /

worden/ so werdet ihr doch nebenst eurer Schwester/ als eurer verstorbenen Mutter eheleibliche Tochter zu solcher Gerade zu gleichen Theilen billich gelassen / *B. R. W.* Id Iqvod etiam de matre illustri verum est; etenim non tantum naturales, sed etiam vulgò quæsitæ matri illustri succedunt. *Gloss. & Dd. in l. 5. C. ad SCtum Orfic.* quod tamen limitandum ubi ista habeat filias ex justis nuptiis procreatas, quo casu in Gerada quoque *d. l. 5. C.* observandam esse arbitror. *Goldb. de successione Gerada d. l. num. 39.* Cœterum hodiè per naturales in genere omnes extra Conjugium legitimè procreatos intelligimus. *juxta Can. liberis 15. cap. 32. quest. 4.* quoniam omnis extra matrimonium concubitus simpliciter prohibitus reperitur, *Recessu Imp. de Anno 1530. Tit. van leichtfertiger Beywohnung.*

X.

Nec distingvimus hic an Manzerum ex Scorto, vel nothorum ex mœcha, vel spuriarum ex amica, seu naturalium ex concubina natarum nomina præ se ferant. In nothis tamen ex Mœcha susceptis, seu adulterinis, ut & nefariis, atque ex damnato coitu prognatis, successio adhuc controvertitur, cum Jus Civile liberos hujus farinae tam à paterna, quam materna successione prorsus excludat. *aut. ex complexu. C. de incest. nupt. Nov. 89. cap. ult.* Cujus ductum hac in parte Jus Saxonicum secutum esse volunt *Autor. diff. J. C. & Saxon. part. 2. diff. 10.* idq; limitant ubi parentes incestuosas se contraxisse nuptias ignoraverint; Quam rationem etiam tenendam esse putamus. Rigor autem Juris Civilis, quod hujuscemodi liberi ne quidem alendi sint, juxta *dd. textus per Jus Canon. cap. cum haberet. ibiq; Canonista. X. de eo qui duxerit in Matrim. quam polluit.* non immeritò sublatus est. Hermaphroditus demum ad Geradæ successione admittitur, ubi sexui foeminino, ob ejus prævalentiam in eo meretur annumerari *arg. l. 10. ff. de stat. hominum.*

B 2 XII.

Deficientibus filiabus & cæteris cognatis ex iisdem descendibus foeminini sexus, ordine secundo ex linea ascendente, in Gerada succedit Mater, exclusa sorore, quod tamen in Jure Civili in bonis hereditariis aliter observatur, ubi fratres & sorores utrinq; conjuncti una cum Patre & Matre defuncti in capita succedunt. §. *Consequens in Aut. de hered. qui ab intest. & aut. defuncto. C. ad Scitum Tertyll.* à quo recedit Jus Sax. commune, per quod fratres & sorores à Parentibus excluduntur. *per textum in Art. 17. R. lib. 1. Gloss. Weichbild in Art. 63.* ubi dicitur: Die Kinder mögen ihrer Geschwister Angefall nicht nehmen / dieweil Vater und Mutter lebet / damit das Erbe nicht aus den Busen gehet. *d. Art. 17. Coler. Disp. 47. num. 3.* id quod etiam in Avia & Proavia Materna procedit. *Coler. d. l.* ita tamen ut hæc aviam paternam excludat, licet ambæ alias in pari sint gradu. *Gloss. Weichbild art. 57.* ubi dicitur: Wäre es auch ein Mägdlein gewesen / und stürbe es nach der Mutter / der todten Frauen Mutter / nimmt die Gerade mit mehrern Rechten / denn des Mannes Mutter. Denique mater & reliquæ cognatæ ascendentes per lineam maternam naturales tantum, filiabus extra matrimonium legitimum conceptis in Gerada succedunt. In successione enim naturalium tantum & illegitimorum servatur Jus commune, etiam in foro Saxonico *Schurer de Success. ab intest. Tit. 13. Autor. Dist. J. C. & S. lib. 1. part. 2. Dist. 27. & lib. 2. dist. 50.*

XII.

Tertius ordo est cognatarum transversalium, quæ succedunt in Gerada si descendentes & ascendentes deficient. Hæ verò sunt defunctæ sorores, & cæteræ cognatæ à latere conjunctæ, exclusis defunctæ fratribus, filiis & parentibus masculini sexus. *Art. 27 R. lib. 1. Art. 15. R. lib. 3. Schneidw. Inst. de hered. qui ab intest. sub rubr. de success. fisci num 17.* Item exclusis etiam re-
 ptibus ex filio, avia paterna, nepte & fratre, amita, seu patris sorore, & similibus personis, ita quidem, ut juri repræsentationis, si sororum filia cum materteris concurrant locus non sit, nec hæ

620

hæ cum illis admittantur, licet enim Imperator Carolus V. *Recess. Imper. de Anno 1521.* in Comitibus Norinbergensibus Jus representationis, in universum etiam inter Collaterales introducere tentaverit, Elector tamen Saxoniae, velut Protector Juris Sax. Constitutionem istam tanquam adversantem Juri suo haud recepit, atque sic in successione Geradae ordinationem Juris Saxon. *part. 3. Const. 18. §. ult.* merito sequimur, neque putamus aliud esse observandum in sorore, aliisque cognatis naturalibus tantum, modo ex linea materna conjunctæ sint. Ita quoque in prognatis ex nefario & incestuoso complexu, secundum supra allegata, pronuntiandum censeo, & cum successio in rebus hereditariis secundum veriore sententiam etiam ultra septimum gradum infinitum usque porrigatur, Item in Gerada Sax. locum habere putamus. Cum enim Jus Sax. hac de re nihil expresserit, merito observantiam fori Civilis attendimus.

XIII.

Uxore autem cognatisque, foemini sexus, tam ex linea recta, quam transversali non existentibus, ultimo loco in Gerada succedit Judex, secundum modum infra notatum. Judicem vero hic intelligimus, qui Jurisdictionem altam, non bassam, seu hereditariam habet. *Vid. Gloss. in Art. 28. R. lib. 1.* Was solches Dinges Erblosz stirbet / als Heergeweste / Erbe oder Gerade / daß soll man antworten den Richter oder Frohnbohten / ob er es heischet nach den dreßsigsten / daß soll denn der Richter behalten Jahr und Tag unwerthan / und warten / ob sich jemand dazu ziehen wolte mit Rechte / kömt da niemands / so kehre es der Richter zu seinen Nutzen / hoc est, Judex ex inde patibula, numellos, cippos, compedes, & id genus alia in Judiciis ad castigandos facinorosos necessaria extruere debet. *per Gloss. d. Art. 28. R. & Gloss. Weichbild in Art. 59.* ubi dicitur: Gerade so Erblosz stirbet / wird den Richter darumb gefolget / daß er Richterliche Gewalt / und davon Stöcke / Pranger / Galgen. Staupen / und allerley Sachen damit man Mißthater peiniget umb ihren verdienten Lohn halten soll. *Schneidw. Inst. de hered. qui ab inrest. num. 17. sub rubr. fisci.*

obengewaltig

n-
e-
ci-
o-
a-
n-
od
17.
nd.
nd
Art.
Ma-
ex-
art.
rbe
ade
ma-
ra-
in
&
ico
b.1.
ce-
erò
ta,
xus.
qui
re-
so-
nis,
nec
hæ

621

prescriptio
annualis

Atque istud in allegato loco § R. præfinitum tempus annum in observantiam esse traductum, apparet ex pronunciato Lipsiensi in verbis: Ob wohl vermöge Sächsische Rechte das Richterliche Ampt befugt gewesen nach den dreysigsten die Gerade / davon eure Frage meldet / zu heischen und Jahr und Tag zu warten / ob sich jemand dazu ziehen würde / und da solches nicht geschehe dieselbe zubehalten / dieweil aber des Ampt solches in Jahr und Tag nicht gethan / so hat sichs durch Verfließung Jahres und Tages verschwiegen / B. X. B.

XIV.

In genere verò notandum quod quemadmodum Gerada in iis rebus consistit, quæ sunt in commercio; ita licitè quoque alienari potest. *Wesenbec. in parat. de suppl. legato.* Sed cum alienationis vox latissimè pateat, sequitur primò mulierem posse Geradam vendere. *arg. l. fin. C. de rebus alien.* Item permutare, quoniam permutatio similis venditioni censetur. *arg. l. i. C. de rerum permut. § l. i. ff. eod.* Tum donare *Schneidw. Inst. de Donat. num. 18. Gloss. Weichbild in Art. 23. col. penult. Const. Elect. part. 2. Const. 14. Harem. Pistor. lib. 1. quest. 31. num. 12.* Nam & hoc vocabulum sub alienatione comprehenditur. *d. l. fin. C. de reb. alien. § non alien.* Porro per præscriptionem eam acquirere vigore *l. 28. ff. de V. S. § text. in Art. 28. § 24. § R. lib. 2. Autor. diff. J. C. § S. l. i. diff. 11.* nec minus etiam oppignorare. *per text. in Art. 24. § R. lib. 1. § Weichbild Art. 23. col. 12.* Usus vel usufructum in ea constituere. *Const. Elect. 14. §. fin. part. 2. Coler. Decis. 12. n. 62.* nam & hoc alienationis voce continetur. *d. l. fin. C. de rebus alien. § non alien.* ac eam porro locare, commodare & deponere posse. Demum etiam titulo donationis ad alios transferre. *Gloss. Weichbild Art. 23. col. penult. Const. Elect. 14. part. 2.* Ubi tamen apprimè notanda est differentia an Donatio judiciali, vel extrajudiciali modo facta sit; Priori casu requiritur ut fiat (1) vel coram Judice pro tribunali sedente, vel in ædibus donatricis, coram personis judicialibus, à Judice nempè specialiter ad illum actum delegatis. *d. Const. Elect. princ.* (2) mariti consensus prævius,

1 /
2 /
3 /
4 /
5 /
6 /
7. 8. 9 /

Donatio judicialis

622
550

vius, & Curatoris ad litem assistentia desideratur. *R. lib. 1. Art. 46. Consult. Const. Sax. lib. 1. Tom. 8. casu 33. num. 1.* quoniam, foeminae solae personam standi in Judicio non habent. *Const. Elect. 18. part. 2.* (3) Utraque persona donatrix, & donatarius praesens sit, secus ac Jure Civili in Donationibus simplicibus, quae vel per nuncium, aut epistolam fieri possunt. *l. 2. §. 6. l. 4. l. 10. ff. de Donat. l. 5. l. 6. C. eod.* (4) exhibeatur designatio rerum Utensilium cum clavibus, quo ipso dominium in accipientem transit, non tamen necesse est singulas res Gradicas nominare; sed sufficit praemisissis pretiosioribus reliquas species generali clausula includere. *Dan. Moll. ad d. Const. 14. num. 7. Carpz. ibid. Def. 12. num. 3.* (5) producta specificatio cum ipso donationis actu actis publicis inscribantur, *Goldb. de Gradatit. 7. membr. 3. num. 20. & seqq.* Posteriori modo opus est. (1) ut mulier consensu legitimi, vel ad eum actum requisiti Curatoris donationem expediat *arg. Art. 31. 44 & 46. lib. 1. R. idq. Decis. Novell. Potentis. Elect. nostri 22.* (2) ut duo vel tres testes, aut Notarius publicus cum duobus testibus actui donationis praesentes sint, *per d. Const. 14. part. 2.* (3) ut claves in conspectu cistarum, quibus res ad Gradam pertinentes inclusae, tradantur, vel saltem exhibeantur, atque sic hoc casu nuda designationis exhibitio non sufficit. *Carpz. part. 2. Const. 14. Def. 9. & 15. & in Respons. lib. 5. Resp. 60.* Eademque solennitates adeo accuratae sunt observandae, ut ne quidem per aequipollens expediri possint. Sicut vero Jure Civili donatio inter virum & uxorem regulariter prohibita est, ita quoque nostro Jure mulieri Gradam marito donare non licet. *R. lib. 1. Art. 31. Ibiq. Gloss. germ. in tantum,* ut ista donatio ne quidem per donatricis mortem confirmari possit, *Const. Elect. 13. part. 2.* N si forte donatio sit reciproca, seu antidotalis, *per verb. fin. d. Const.* In qua donationis specie solennitates praedictas *Const. 14.* expressas quoque observandas est contendit *Finck. lib. Obs. 103. n. 6. & seqq.* nec haec remuneratoria donatio per filiae supervenientiam revocari solet, licet in reliquis speciebus *Dd. id arg. l. 8. C. de revocat. Donat. concedant. Carpzovius part. 2. constitut. 14. Def. 20.*

Donatio ex parte
judicialis

Verum enimverò quamvis ultima voluntas vulgò alienationis nomine quoque veniat. *l. 1. C. de fundo dot. l. 8. §. 2. C. de secund. nupt.* Secus tamen in Nostra Gerada, cum lege statutum, & usu probatum sit, ut ista per ultimam voluntatem in præjudicium proximæ cognatæ alienari non possit. *d. Const. Elect. 14. part. 2. princ. Autor. differ. 7. C. & S. lib. 2. Diff. 9. Schneidw. Inst. de Donat. num. 18. Gloss. Weichbild Art. 23. col. 7. Gloss. & N. cap. 57.* quoniam Gerada cognatæ non hereditario Jure, sed ratione cognationis, & ex speciali Privilegio J. Sax. debetur, ut vult *Carpz. d. Const. Def. 1.* quam tamen non abs re pro sufficienti dubitat agnoscere *Jacob Schultes in Addit. ad Modest. Pistor. qv. 14. num. 14. & seqq.* Cæterum nec mortis respectu, nec favore piæ causæ Gerada transferri, *Rauchb. qvæst. 32. num. 32. part. 1. Wesenbee. parat. Donat. mort. caus. num. 5. fin.* neque tempore pestis ea ratione relinqui potest. *Carpzovius part. 2. Const. 14. Def. 1. n. 8.* qui tamen *Def. seq.* casus illos limitat, ubi proxima cognata in relictionem istam consenserit, quia tunc dici nequit, quod in ejus præjudicium donatio facta sit. An vero de Gerada in pactis dotalibus possit disponi multum controvertitur. Nos affirmamus: Pacta enim Dotalia de Generali consuetudine Germaniæ, & maxime in Provinciis nostris, ubi Jus Saxon. viget, inter Conjuges servanda sunt. *Const. Elect. part. 2. Const. 42. Coler. Decis. 61. num. 18. cum seqq.*

Donative

Limitat.

Sub titulo
emissionis
ad vitandas
difficultates

In quæstione an maritus constante matrimonio Geradam alienare possit, duo imprimis consideranda veniunt, & distinguendum est inter species, in quibus Uxor etiam marito vivente Jus quæsitum habet, usque adeò, ut eas, si ante virum decedat, ad proximam cognatam transmittat; & inter alias species, in quibus tale jus non habet; quales sunt oves mariti: priori casu non puto licitum esse marito de rebus Geradæ sine consensu Uxoris aliquid disponere, cum Jus alteri quæsitum nemo auferre possit.

possit. l. 2. ff. de his qui sui, vel al. jur. sint. Posteriori verò casu existimo maritum prohibendum non esse quo minus res, in quibus Uxor jus quæsitum nondum habet, sed sperat tantum se habituram, alienare queat, idq; ideò, quod Jus quærendum facilius tollatur quam quæsitum. *Covar. Var. Resol. lib. 3. c. 6. n. 2.* & quod dictæ species etiam debitis mariti annumerentur. *Consult. Sax. part. 1. quest. 60.* si vero Uxor alienatione à marito factæ consentiat, tali casu valet alienatio, etiam in præjudicium proximæ cognatæ. *Art. 24. R. lib. 1. Gloss. Weichbild Art. 23. col. 12 versu ob ein Mann. Hartm. Pistor. lib. 1. quest. 31. num. 36.* Paria enim sunt alienare & alienationi consentire. l. 126. ff. de R. 7. Demum nec Tutor Geradam pupillæ suæ alienare prohibetur *arg. l. 22. C. de admit. Tut.* quo tamen casu adhibendum esse puto consensum proximæ cognatæ, vitandæ suspicionis causa, quæ enim cum consensu propinquorum fiunt, maximè quorum interest, in iis dolus abesse præsumitur. *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumt. 128.*

cum curatore
speciali.

adhibito de
so magistrat.

XVIII.

(II) Videamus nunc quænam remedia, & actiones viduabus & cognatis proximis pro Gerada sibi delata per successionem consequenda competant. Et primo utrisque hereditatis petitionem competere dicimus. Hereditatis enim appellatione generali, ut supra dictum, etiam continetur Gerada. *per text. in Art. 37. R. lib. 1. ein jeglich Weib vererbet zwenyerley / ihre Gerade auff ihre nechste Niffrel / so ihr von Weibes halben zugehörig ist / und das Erbe auff den nechsten Freund / es sey Mann oder Weib.* Deinde competit iis parata executio absq; alio processu *per trad. à Colero part. 1. c. 3. n. 257.* Tum etiam mulier habet Jus retentionis *per Gloss. latin. sub lit. C. in Art. 20. R. lib. 1.* nec non mortuo marito Geradam propria auctoritate occupare potest, nec indiget heredis traditione, cum ~~vivo~~ adhuc marito eam possidere *vivo* censeatur. *Resol. Scab. Lips. quest. 3. n. 4.* verum Elector Constitutione 33. *part. 3.* limitavit hanc occupandi licentiam, ut locum duntaxat habeat post trigessimum, ex quo maritus mortuus est. Si tamen vidua in scis heredibus plus, quam ei Geradæ nomine debeatur, ad se receperit heredibus exigentibus Inventarium exhibere,

C

bere,

629
bere, vel eo deficiente, interventu juramenti quid, quantumve
acceperit, indicare, & indebite sumptum restituere tenetur. Tan-
dem quoque pro Gerada competit rei vindicatio, tam respectu
universi, quam singularium ejus partium. *arg. l. 1. §. fin. cum LL.*
seqq. ff. de R. V. dummodo in hac consideratione observetur, ne
ante trigésimum vir Uxoris Geradae nomine conveniatur. *Art. 15.*
IK. lib. 3. Gloss. Weichbild Art. 23. col. ubi dicitur. Der Mann
ist wegen seines verstorbenen Weibes Gerade vor den dreysigsten
zu antworten nicht schuldig / noch dieselbe von sich zu stellen. At si
vir trigésimo elapso Geradam à se petitam sine justa causa resti-
tuere cesset, ejus injusta detentio coram actis manifesta reddatur,
ex quo in mulctam & emendam simul incidit. *per text. in Art.*
15. IK. lib. 3. quod pro ratione circumstantiarum, & consuetudine
loci discretus Judex definiet.

XIX.

Amittitur Jus Geradae (I) per Adulterium. *juxta text. & ibi*
Gloss. Art. 74. sub lit. B. IK. lib. 3. & Gloss. in Art. 5 IK. lib. 1. quo
casu Geradam accipiunt filiae, aut cognatae, si supersunt. (II)
amittitur praescriptione anni & diei, exemplo reliquarum re-
rum mobilium. *Gloss. sub lit. C. in Art. 28. & 44. IK. lib. 2. &*
Weichbild Art. 21. Est autem annus & dies de Jure Saxon. annus
eum sex septimanis, secundum *IK. Art. 21.* Jahr und Tag ist zu
Sachsen Recht 6. Wochen / und ein Jahr. Sed ille amittendi modus
limitatur. (1) si cognata marito Geradam precario relinquit, ut ha-
betur *in sententia Weichb. sub rubr. Gerade muß man in die Nothen-*
Klöster. (2) si filiae Geradam petant, quibus ea non obest praescri-
ptio, cum ob reverentiam paternam tacuisse praesumantur. *Mol-*
ler. lib. 2. Semestr. c. 6. n. 5. (3) si Cognata Geradae possessionem
interruperit. Necessarium autem tum est, ut ante annum & diem
possessor mediante Citationem in Judicium vocetur, quemadmo-
dum jam olim in Scabin. Lips. pronunciatum fuisse testis est
Moller. lib. 2. Semestr. c. 11. Coler. de Process. Execut. part. 1. c. 3. n.
91. (4) Si cognata Geradam sibi delatam esse ignoraverit. Igno-
ranti enim praescriptio memorata non nocet. *Gloss. in Art. 28. vers.*
kömmt aber. IK. lib. 1. (III.) amittitur Gerada per Jus retentionis,
quod

626

quod in naturali jure Elector Augustus Illustr. memor. peculiari
Constitutione, *fin. sc. Part. 3.* in successione non minus Geradae,
atque rerum tam expeditoriarum, quam hereditiarum funda-
datum esse prodidit, ita quidem, ut exerceatur contra magistra-
tus illorum locorum, ubi res ad Geradam pertinentes, vel simi-
les extra portas, vel muros suae civitatis alio transferri non per-
mittuntur. IV. Imminuitur Geradae Jus, quando ea in rem he-
reditariam degenerat, quod variis modis accidit. (1) quando ad
masculos transit, cum hi nullam Geradam relinquant. *Moller. lib.*
2. Semestr. cap. 6. num. 2. per text. in Art. 5. vers. von des Pfaffen-
Gut. (2) Specificatione, si species quaedam alioquin ad Gera-
dam pertinens in aliam speciem, quae de Jure Saxon. sub ambitu
Geradae non continetur, transformetur. (3) Degenerat Gera-
da, si pecuniâ aestimata vendita fuerit. *Mod. Pistor. quest. 21.*
(4) Per consumptionem vel in totum, vel pro parte perit, re-
bus constante matrimonio vel consumptis, vel deperditis.
Interitu enim rei tollitur obligatio. *l. 23. ff. de V. O. nec eas con-*
sumtas res maritus vel heres ejus resarcire adstrictus est.

XX.

Secus verò si maritus res eas pignori subjecerit, quo casu
non Uxor easdem luere adstringitur, sed mariti heredes. *Carpzov.*
part. 2. Const. 14. Def. 63. Eadem ratione æs alienum mariti vi-
dua ne quidem in subsidium solvere tenetur, etiamsi Geradae no-
mine contractum fuerit. *R. lib. 1. Art. 24. fin. Ord. Process. Sax.*
Tit. 43. §. und weil hieberbey Hartman. Pistor. part. 1. quest. 31. Car-
pzov. d. l. Def. 62. Ratio videtur posita in hoc, quod mulier,
etiam vivo marito Domina Geradae sit, & decedens eam in proxi-
mam cognatam transmittat. Hinc creditoribus ibi nil juris
competit. *Tot. Tit. C. ne Uxor pro marit. Mod. Pistor. part. 1. qu.*
32. num. 4. 5. quod beneficium tamen proximæ cognatæ non
concedunt, quoniam ea ex mero titulo lucrativo Geradam nan-
ciscitur *Goldb. de Gerada cap. 9. num. 34. Andr. Rauchb. part. 2.*
quest. 17. num. 9. nec ipso Jure, ut Uxor, vivente marito rerum
utensilium Domina vocari meretur. Imò si debita Geradae in-
tuitu

attamen in
ramento
debet aut res
a pudenti ma
hinc con
fuerit

827 2/1069

ruita contracta fuerint, eorum contemplatione indistinctè ad so-
 lutionem obligatur; siue bona hereditaria alia adsint, seu mi-
 nus, quoniam onus non immeritò transfertur ad eum, qui lu-
 crum & emolumentum sentit, atque eadem quoque ratione co-
 gnata talis rem oppignoratam à defuncta muliere ipsa tenetur
 luere, nisi ratio supra notata præstò sit. *Carpzov. d. loc. Def. 61.*
 Nec demum proximæ cognatæ, etsi secundum Jus Saxonicum
 commune plenam Geradam capiat, omnes sine discrimine res u-
 tensiles debentur, sed ob verecundiam, & honestatem erga de-
 functæ cognatæ maritum huic superstiti lectum ita paratum re-
 linquere jubetur, sicut is erat, cum Uxor adhuc in vivis existeret;
 itemq; mensam mappa, & scamnum pulvinari, & sedile cuscino
 insternere. *per verb. text. N. in Art. 38. lib. 3. Weichbildo Art. 23.*
 ubi dicitur: *Stirbt des Mannes Weib / welche ihre Nissel die*
Gerade nimt / die soll vor der Gerade bereiten den Manne sein
Bette / als es stünde / da sein Weib noch lebet / und auch seinen Tisch
mit einen Tischecke / und seine Banck mit einen Pfühle / und seinen
Stul mit einen Küssen / necesse tamen non est, ut res optimæ ex-
hibeantur, sed mediæ sortis sufficiunt, dummodo non pessimæ
sint; cum per regulam generalem eo casu, quo quid indetermi-
natè debetur, nec pessimum, nec optimum solvere conveniat.
L. 55. C. de Donat.

XXI.

Atque hæc quidem materia subactius Judicium, & latiore
 tractationem desideraret; Sed in vicem exercitii ac Speciminis
 Academici hæc sufficiant rogitans interim observanter &
 amicè B.L. ut Disputationis hujus momenta boni con-
 sulere, meq; suo favore & adfectu non in-
 dignum judicare
 dignetur.

DEO SIT LAUS ET SEMPIETERNA GLORIA.

lom

m.c.



609

nem pater
lum, quæ in
cum cogn
edocet Dn
bular. class.
pore Clau
stinianus c
tos & cog
Jus Saxon
qvata jam
illis qvoad
enim undi
pretium se
expeditor
bet, ut m
rimonix,
ut proind
Galdbecc
rad. verbi
varix, qv
interim de
non sit, si
tollendam
ne jamdu
burgicæ,
nam, ut H
dubitaver
befinden /
das bißwe
auch den C
auch die zel
dann in vie
in die volle
dern / auch
in Gebrauch

tit ad eas fo-
quis omnibus
rout pluribus
ad LL. XII. Ta-
postea tem-
est, donec Ju-
itemq; agna-
p. 4. Sed verò
bstitit in adæ-
rum, sed has
ætulit. Luxu
n ferè adulto,
dicam rerum
ionem absor-
t, ex quo qua-
redundant,
conquestus sit
de Success. Ge-
tiplices, quam
a Gerada (ut
ut mirandam
n, & è medio
filio, & ratio-
Duces Lune-
urgicæ Ditio-
abrogare non
Seil wir täglich
geklaget wird/
hnen selbst/ wie
ge zugewiesen /
einig / wie sie
as vor Stücke
Zeit die zu for-
ege am meisten
von der andern
nicht

